INDEX LECTIONVM

IN

VNIVERSITATE LITTERARVM VRATISLAVIENSI

PER AESTATEM

ANNI MDCCCXXX

A DIE III. MAII

INSTITVENDARVM.

PRAEMISSA EST FRANC. PASSOVII DE PRIMO EVMENIDVM AESCHYLEARVM CANTICO COMMENTATIO.

TYPIS VNIVERSITATIS.

VNIVERSITATIS LITTERARVM VRATISLAVIENSIS

RECTOR ET SENATVS

CIVIBVS SVIS S.

Tragoedia Aeschylea, a Furiis inscripta, narratiunculis fabulosis sibique haud raro adversantibus adeo erat obscurata, ut non sit mirandum, recentiorum quoque judicia in varias partes discessisse. Nolumus repetere, quae post Petitum, Stanlejum, alios, a Boettigero, Ilgenio, Boeckhio, ut lucem affunderent inveteratae caligini, ingeniose et erudite sunt disputata. Etenim quae ad res in his quaestionibus gravissimas pertinebant, ad numerum chori, ex quinquaginta, ut ferebatur, Furiis compositi, et ad timorem, quem prodeuntes pueris mulieribusque gravidis incusserint Deae, ea nobis a *Godofr. Hermanno* in dissertationibus de choro Eumenidum Aeschyli duabus confecta fere videntur: in qua difficillimi argumenti tractatione si quid sit, quod reliquis magis placere posset, priores tamen deferremus partes iis, quae de choro *σποράδην* in scenam producto, quid vere significet adverbium, exponuntur.

Hoc vocabulo recte intellecto, quum alia illustrantur, tum maxime interior primi carminis chorici natura aperitur. „Totum istud carmen," ipsius Hermanni verba sunt, dissert. I. p. 14. „a v. 140 ad v. 178 (138 — 169. Well.) tam omni sen„tentiarum nexu destitutum est, tamque multas continet ejusdem rei aliter atque „aliter expressae repetitiones, ut non videatur dubitari posse, quin, quod alibi quo„que, eodem indicio ducti, factum animadvertimus, non universus chorus aut pro

7.2

„eo coryphaeus, sed singulae personae loquantur. Has enim deinceps accedentes „neque mirum est in pari indignatione omnes in eandem sententiam loqui, et ne„cessarium, nexu talem orationem carere.“

Jacent enim Furiae in anteriore templi Delphici parte, Apollinis arte consopitae: accedit umbra Clytaemnestrae et oratione vehementissima eas excitare conatur: nec frustra. Audiuntur primo somniantium voces adhuc inconditae: tunc una, haud dubie coryphaeus, expergefacta, apertis jam portarum valvis, socias quoque somno excutere festinat his verbis, v. 135 sq. Well.

ἔγειρ', ἔγειρε καὶ σὺ τήνδ', ἐγὼ δὲ σέ·
εὕδεις; ἀνίστω κἀπολακτίσασ' ὕπνον
ἰδώμεθ', εἴ τι τοῦδε φροιμίου ματᾷ.

Excitatis jam Furiarum compluribus, confestim prima illa foras se proripit, scenam vacuam videt Orestemque sibi subductum sentit. Sequuntur reliquae una post alteram, (σποράδην) et singulae singula commata decantant. „Apertum vero „est,“ observat Hermannus, „quantum talis ingressus terrorem excitare debuerit, „Furiis alia post aliam ex adyto egredientibus, eaque re speciem praebentibus gregis „finem non habituri.“

Brevior vero fuit Hermannus in designandis personis: primo enim versu

ἰοὺ ἰοὺ πόπαξ, ἐπάθομεν, φίλαι.,

secundae Furiae, secundo,

ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγώ.,

tertiae, tertio et quarto,

ἐπάθομεν πάθος δυσαχὲς, ὦ πόποι,
ἄφερτον κακόν.,

quartae tributo, de reliquis tacet. Neque ultra progressus est Wellauerus, qui addit etiam, in reliquis personarum descriptionem magis in ambiguo omninoque mirum esse, in antistropha non iisdem locis novas personas poni, in qua re accuratam responsionem exspectaveris: nihil prorsus definierunt Lachmannus de chor. syst. p. 136 et Schwenckius in editione sua. Sed Hermannus post modo in Opusculis, T. II. p. 136. mutavit sententiam: quae enim antea quartae Furiae fecerat

verba, ea nunc iterum secundae adscribenda censet, ut orationem a tertia interpellatam ad finem producat: quarta deinceps habet, quod legitur:

ἐξ ἀρκύων πέπτωκεν, οἴχεται δ' ὁ θήρ.,

quam excipit quinta:

ὕπνῳ κρατηθεὶσ' ἄγραν ὤλεσα.

At si ad eundem modum distribui jubet Hermannus versus antistrophae, haec equidem, quo modo fieri possint, non intelligo: quacunque enim te vertas ratione, versui antistrophico secundo, tertio, quarto haud convenit cum strophico. Praeterea nulla apparet necessitas orationis in stropha interruptae et rursus inchoatae, quod eo magis displicet, quum versus primus sententiam suam prorsus absolvat, neque ullum aliud per totum carmen interpellationis indicium deprehendatur: mirum profecto, hoc uno loco tale quid praeter necessitatem esse admissum. Offendit etiam alia res: coryphaeus Orestem indagatura post trimetros prosilit in scenam, et nunc demum omnium venit in conspectum: consentaneum igitur, ubi singulae cantantes inducuntur, coryphaeo quoque partes suas et in initio quidem carminis fuisse. His positis novam eamque per quindecim personas descriptionem fecimus hanc:

Στρ. ά.

Α. ἰοὺ ἰοὺ πόπαξ, ἐπάθομεν, φίλαι.
Β. ἦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγώ.
Γ. ἐπάθομεν πάθος δυσαχὲς, ὦ πόποι,
ἄφερτον κακόν.
Δ. ἐξ ἀρκύων πέπτωκεν, οἴχεται δ' ὁ θήρ.
Ε. ὕπνῳ κρατηθεὶσ' ἄγραν ὤλεσα.

Ἀντιστρ. ά.

Ζ. ἰώ, παῖ Διός, ἐπίκλοπος πέλῃ.
Η. νέος δὲ γραίας δαίμονας καθιππάσῳ,
τὸν ἱκέταν σέβων, ἄθεον ἄνδρα καὶ
τοκεῦσιν πικρόν.
Θ. τὸν μητραλοίαν δ' ἐξέπλεψας, ὢν θεός.
Ι. τί τῶνδ' ἐρεῖ τις δικαίως ἔχειν;

Στρ. β'.

Κ. ἐμοὶ δ' ὄνειδος ἐξ ὀνειράτων μολὸν
ἔτυψεν δίκαν διφρηλάτου
μεσολαβεῖ κέντρῳ ὑπὸ φρένας, ὑπὸ λοβόν.
Δ. πάρεστι μαστίκτορος δαΐου δαμίου
βαρύ τι, περίβαρυ κρύος ἔχειν.

Ἀντιστρ. β'.

Μ. τοιαῦτα δρῶσιν οἱ νεώτεροι θεοὶ
κρατοῦντες τὸ πᾶν δίκας πλέον.
Ν. φονολιβῆ θρόνον περὶ πόδα, περὶ κάρα
πάρεστι, γᾶς ὄμφαλον, προσδρακεῖν αἱμάτων
βλοσυρὸν ἀράμενον ἄγος ἔχειν.

Στρ. γ'.

Ξ. ἐφεστίῳ δὲ, μάντις ὤν, μιάσματι
μυχὸν ἔχρανας αὐτόσσυτος, αὐτόκλητος,
παρὰ νόμον θεῶν βρότεα μὲν τίων,
παλαιγενεῖς δὲ Μοίρας φθίσας.

Ἀντιστρ. γ'.

Ο. καὶμοί τε λυπρός, καὶ τὸν οὐκ ἐκλύσεται,
ὑπό τε γᾶν φυγὼν οὔποτ' ἐλευθεροῦται·
ποτιτρόπαιος ὢν δ' ἕτερον ἐν κάρᾳ
μιάστορ' αὖτ' ἐκεῖ πάσεται.

Sic puto non posse tantum describi locum, sed etiam debere: nulla enim alia ratione quindecim, qui desideratur, commatum numerus concinniorque personarum divisio elicietur. Id praecipue sapienter instituisse videtur poëta, quod a brevioribus sensim ad longiora membra progredientem fecerit orationem, ita ut stropha et antistropha prima inter quinque et quattuor Furias, secunda inter duas divisae sint, tertia vero et stropha et antistropha integris personis choricis absolvatur. Defervescentis hoc est impetus, qui quum ab initio in exclamationes acerbas effundatur, in sententias gravitate et pondere plenas desinat.

De singulis locis quicquam annotare haud opus esse videtur, ultimo tamen versu excepto, quem et sensu et metro laborare magnus inter editores est consensus. Librorum omnium haec est lectio:

ποτιτρόπαιος δ' ὢν ἕτερον ἐν κάρᾳ
μιάστορ' ἐκείνου πάσεται.

Quae versu extremo dedi, sunt ex conjectura juvenis optimae spei, *Aemilii Durlami*, Sem. Reg. philol. sod., videturque haec emendatio ex priore parte vero haud absimilis esse, altera extra omnem fere dubitationem posita. Haud infrequens apud Tragicos praesertim est usus vocabuli ἐκεῖ de inferis: conf. Blomf. ad Aesch. Choeph. 353. Eum. 259. si h. l. lectio satis certa, Soph. Ant. 76. Aj. 854. 1372. El. 358. Elmsl. ad Eurip. Med. 1041. Monk. et Wuestem. ad Alcest. 754. Iph. Taur. 481. ex emendatione Elmsl., Aristoph. Ran. 82. Plat. Phaedon. p. 64. A. et plene, ἐκεῖ δ' ἐν Ἀιδου, Eur. Hec. 418, neque aliter apud Latinos *illic* et *illuc*, v. Burm. Sec. ad Propert. I, 19, 13. Ovid. metam. XIII, 25. Sententia vero aliquoties repetita est in fabula nostra: *matricidam, dum vivit, persequentur Furiae; post fata alium rursus nanciscetur punitorem apud inferos, Orci regem.* Sic. v. 263. sq.

μέγας γὰρ Ἄιδης ἐστὶν εὔθυνος βροτῶν
ἔνερθεν χθονός,
δελτογράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπᾷ φρενί.

et v. 320. sq.

τοῦτο γὰρ λάχος διανταῖα
Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν, θνατῶν
τοῖσιν αὐτουργίαι ξυμπέσωσιν μάταιοι,
τοῖς ὁμαρτεῖν, ὅφρ' ἂν
γᾶν ὑπέλθῃ· θανὼν δ' οὐκ ἄγαν ἐλεύθερος.

Unum oblata occasione addere juvat. Per totam tragoediam ab indice personarum usque ad finem invaluit mos Furias in partium commutationibus *Εὐμενίδας* nuncupandi. Sed *Εὐμενίδες* extrema demum fabula fiunt: hactenus *Ἐριννύες* sunt, et a semet ipsis et ab aliis sine ulla contumeliae nota vocantur, v. 318, 327, 911. neque aliter in personarum notationibus vocandae. Fluxit error ex antiqua fabulae inscriptione: in hac vero servandum *Εὐμενίδων* nomen, a magno

quoque testium numero agnitum: optime enim poëtae in conscribenda tragoedia finem et consilium innuit, unoque hoc loco aptum erat, quod nullo alio non ineptum esset.

Finem hic imponere possem libello, nisi obstaret religio. Meministis fortasse, Commilitones humanissimi, quum ante hos sex menses huic lectionum catalogo itidem praeluderem, me emendationem quandam in Sophoclis Antigonam proposuisse, ut tunc putabam a me primo factam: sed actum egeram. Nunc nuperrime enim a *Godofr. Hermanno* in praefatione ad novissimam Antigonae editionem, ubi eandem hanc emendationem impugnat, humaniter edoceor, eam decem jam annis ante me a *Ludov. Doederlino* in Symbolis Helveticis prolatam esse. Quod sive ignoraveram, sive memoria exciderat, eodem, quo insciens peccaveram, loco deprecandum erat, ne manus meas in bona viri optimi mihique diuturna amicitia conjunctissimi immittere velle viderer; quamvis quid de falsa ejusmodi fraudis furtique specie inter viros honestos statuendum sit, egregius ille humanitatis magister, *Frider. Jacobsius*, in lect. Stobens. p. XI. sq. luculenter docuerit, et Doederlinus ipse etiam sine monitore satis habeat perspectum.

Sed haec sufficiant. Valete.

D. mense Martio a. MDCCCXXX.

ORDO THEOLOGORVM EVANGELICORVM.

DAN. A COELLN, DR. P. P. O. H. T. DEC.

Publice: I. Examinatorium et disputatorium de rebus ad Theologiam historicam spectantibus continuabit die Lunae hora III.
II. Exercitationes historico-dogmaticas in Seminario Regio theol. moderari perget die Martis hora III.
Privatim: III. Encyclopaediam et methodologiam studii theologici tradet quater, diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris, hora XII.
IV. Prophetas minores interpretabitur sexies, hora XI.
V. Theologiam biblicam docebit sexies, hora X.

I. CH. GASS, DR. P. P. O.

Publice: I. Exercitationes homileticas instituet in Seminario homiletico die Merc h. III.
Privatim: II. Theologiam practicam docebit, quinquies hora XII.

H. MIDDELDORPF, DR. P. P. O.

Publice: I. De confessione Augustana, ejusque historia disseret die Saturni, hora IX.
II. In Seminario Regio theol. exercitationes exegeticas Veteris Testamenti moderabitur die Lunae, hora X.
Privatim: III. Psalmos interpretabitur quinquies per hebdomadem, hora X.
IV. Theologiam dogmaticam e Chr. Frid. Ammonis Summa Theologiae Christianae, Lips. 1816, docebit quinquies, hora IX.

I. G. SCHEIBEL, DR. P. P. O. DES.

Publice: I. Selecta capita Iesaiae interpretabitur diebus Lunae et Iovis, hora IV.
Privatim: II. Historiam dogmatum enarrabit, duce Augusti: Lehrbuch der Dogmen-Geschichte, sexies, hora III.
IV. Theologiam moralem docebit diebus Martis, Mercurii et Veneris, hora IV.

DAV. SCHULZ, DR. P. P. O.

Publice: I. Examina et disputationes de rebus theologicis moderabitur die Sat. hora VIII.
II. In Seminario Regio theologico sodalium exercitationes in rebus ad interpretationem Novi Testamenti et ad historiam ecclesiasticam spectantibus moderari perget die Saturni hora II.
Privatim: III. Criticam et Hermeneuticam Novi Test. docebit quater, hora VIII.
IV. Lucae evangelium et acta apostolorum interpretabitur sexies, hora VII.
V. Historiae religionis et ecclesiae Christianae partem priorem enarrabit sexies, hora VIII.

C. A. SUCKOW, THEOL. LICENT.

Gratis: I. Introductionem historico-criticam in libros apocryphos N. T. tradet bis, h. III.
Privatim: II. Ioannis evangelium et epistolas interpretabitur quinquies, hora II.
III. Pauli priorem ad Corinthios epistolam ad usum homilet. explicabit ter, h. III.

In Seminario Regio theologico exercitationes exegeticas et historico-criticas Dr. SCHULZ, Dr. MIDDELDORPF et Dr. A COELLN more solito moderari pergent.
In Seminario homiletico exercitationes moderabitur DR. GASS.

ORDO THEOLOGORVM CATHOLICORVM.

C. I. HERBER, DR. P. P. O. H. T. DEC.

Publice: I. Historiam ecclesiasticam a Caroli M. tempore enarrare perget, proprias theses sequuturus, quotidie, hora VI. matut.

II. Selecta capita ex Lactantii institutionibus divinis interpretabitur diebus Lunae et Iovis, hora VIII.

Privatim: III. Ethicae Christianae partem alteram, duce Rieglero, docebit quotidie, h. VII.
IV. Examinatorium de rebus ad historiam ecclesiasticam spectantibus instituet binis horis.

Ioan. Koehler, Dr. P. P. O.

Publice: I. Librum Ruth et psalmos, quorum frequentior in ecclesia usus est, interpretabitur quat. per hebdom. horis.
II. Epistolam Iacobi, duas Petri, et tres Ioannis explicabit quat. per hebd. horis.

Privatim: III. De mysteriis religionis revelatae et de miraculis Christi disputabit duabus per hebdom. horis.

I. I. Ritter, Dr. P. P. O. des.

Ubi advenerit, scholas suas in tabulis publicis indicabit.

Anton. Scholz, Dr. P. P. O.

Publice: I. Theologiam dogmaticam ad institutiones Klüpfelii tradet diebus Lunae et Martis hora IX. et Martis hora II.
II. Praelectiones hermeneuticas N. T., Fischeri librum sequuturus, habebit diebus Lunae et Martis, hora VIII. et Lunae, hora II.
III. Interpretationem Actorum Apostolorum continuabit diebus Veneris et Saturni, hora IX. et Veneris, hora II.

Privatim: IV. Archaeologiam Hebraeorum secundum librum cl. Babor docebit diebus Veneris et Saturni, hora VIII.

Antonivs Theiner, Dr. P. P. E.

Publice: I. Amosi et Ioelis oracula interpretabitur diebus Lunae et Mercurii, hora X.
II. Epistolam ad Galatas explicabit die Veneris, hora X.

Privatim: III. Cantus ecclesiastici, liturgiarum rerumque sacrarum historiam tradet diebus Martis, Iovis et Veneris, hora X.

Ios. Sauer, Dr.

Gratis: I. Repetitionem theologiae dogmaticae continuabit diebus Iovis, Veneris et Saturni, hora XI.
II. Harmoniam quattuor Evangeliorum proponet diebus Iovis, Veneris et Saturni, hora X.
III. Disputationes de rebus dogmaticis Latino sermone habendas moderari perget bis per hebdomadem.

Privatim: IV. Theologiae pastoralis partem, quam dicunt artem catecheticam, docebit dieb. Lunae, Martis et Mercurii, hora XI.

In Seminario theologico exercitationes exegeticas, historicas et patristicas moderabuntur Dr. Scholz et Dr. Herber.

ORDO IVRISCONSVLTORVM.

Ph. Edvard. Huschke, Dr. P. P. O. h. t. Dec.

Publice: I. Ciceronis orationem pro Quintio interpretabitur dieb. Mart. et Ven. h. XII.
Privatim: II. Historiam et institutiones juris civilis tradet diebus omnibus non festis hor. VIII. et IX.

C. I. F. H. Abegg, Dr. P. P. O.

Publice: I. De pignoribus et hypothecis binis per hebdomadem diebus disseret, diebus Merc. et Iovis, hora VI.

Privatim: II. Ius criminale tam commune, quam Borussicum, ad librum suum: System des Criminalrechts, tradet quotidie, hora VII. et binis diebus, hora VI.
III. Theoriam processus communis et Borussici, adhibito conspectu suo et Codice juris judiciarii Boruss., docebit quotidie, hora VIII.

Privatissime: IV. Exercitationes practicas moderabitur h. c.

Ern. Theodor. Gaupp, Dr. P. P. O.

Publice: I. Ius cambiale et jura regalia docebit bis per hebdomadem, diebus Mercurii et Iovis, hora VI.

Privatim: II. Historiam imperii et juris Germanici, libello suo adhibito: Geschichte des deutschen Reichs und des Rechts in Deutschland, tradet sexies, hora X.
III. Ius publicum, tam confoederationis Germanicae, quam singularum Germaniae civitatum, ex propriis schedis docebit sexies, hora IX.

L. G. Madihn, Dr. P. P. O.

Privatim: Institutiones seu introductionem in totum jus privatum explicabit secundum librum suum.

M. Ed. Regenbrecht, Dr. P. P. O.

Publice: I. Historiam juris canonici enarrabit bis per hebdomadem, diebus Mercurii et Saturni, hora XII.

Privatim: II. Ius canonicum cum jure ecclesiastico communi Catholicorum et Evangelicorum conjunctum tradet quotidie, hora XI.
III. Ius feudale docebit quinquies per hebdomadem, hora X.

C. A. D. Unterholzner, Dr. P. P. O.

Publice: I. Doctrinam juris civilis de dominio exponet diebus Veneris et Saturni, hora VI.
Privatim: II. Pandectas juris privati Romanorum duodecies per hebdomadem tradet, horis VII. et VIII.

Carolvs Witte, Dr. P. P. O. Des.

Publice: I. Disputatorium de universo jure Romano habebit die Lunae, hora XII.
II. Examinatorium de jure civili Borussico moderabitur h. c.

Privatim: III. Encyclopaediam et Methodologiam juris tradet quinis per hebdomadem diebus, hora VII.
IV. Ius hereditarium Romanorum docebit quotidie, hora IX.

Em. Bogislav. Schmiedicke, Dr.

Gratis: I. De inquisitione fiscali ad ord. jud. Boruss. Part. I. Tit. XXXV. disseret, binis per hebdom. diebus.

Privatim: II. Doctrinam juris privati Borussici, conspectum suum sequuturus, tradet decies per hebd. horis adhuc definiendis.

ORDO MEDICORVM.

T. G. G. Benedict, Dr. P. P. O. h. t. Prodec.

Publice: I. Doctrinam de fasciis et instrumentis chirurgorum duce libro suo, qui inscribitur: Kritische Darstellung der Lehre von den Binden und Werkzeugen der Wundärzte, Leipzig 1827. 8. tradet quaternis diebus, hora definienda.
II. Examina de singulis chirurgiae capitibus continuabit binis dieb. hor. defin.

Privatim: III. Chirurgiae specialis partem secundam una cum doctrina de operationibus chirurgicis docebit, et operationes chirurgicas in cadaveribus demonstrabit sexies per hebd. hora III.
IV. Ophthalmiatrices praecepta exponet quaternis diebus, hora II.

C. L. Klose, Dr. P. P. O.

Publice: I. Encyclopaediam medicam exponet diebus Merc. et Sat., hora II.
Privatim: II. Therapiam specialem morborum acutorum docebit quotidie, hora III.
III. Medicinam forensem evolvet quater per hebdom., hora IV.

A. Gvil. Otto, Dr. P. P. O.

Publice: I. Osteologiam et Syndesmologiam exponet diebus Merc. et Sat., hora VII.
Privatim: II. Zoologiam explicabit quater per hebd., hora VIII.
III. Anatomen comparativam docebit quater per hebd., hora IX.

I. E. Purkinje, Dr. P. P. O.

Publice: I. Terminologiam pathologicam exponet diebus Merc. et Veneris, hora XII.
Privatim: II. Physiologiam hominis docebit quotidie, hora XI.
III. Physiologiam experimentalem cum microscopicis exercitationibus tradet diebus Martis et Saturni, hora V.

Gvil. H. G. Remer, Dr. P. P. O.

Publice: I. Therapiam atrophiarum docebit diebus Merc. et Sat., hora VIII.
Privatim: II. Therapiae specialis partem III. proponet sexies per hebdom., hora VII.
III. Medicinam forensem duce Metzgero explicabit, hora VI. mat.

I. Wendt, Dr. P. P. O.

Publice: I. De thermis et fontibus Germaniae disseret die Mercurii, hora VIII.
Privatim: II. Therapiam specialem morborum ex laesa nervorum actione ortum trahentium docebit quinquies, hora VII.
III. Universam materiam medicam exponet diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris, hora VIII.

I. C. L. Barkow, Dr. P. P. E.

Publice: I. Examinatorium anatomicum habebit die Iovis, hora XI.
Privatim: II. Angiologiam tradet diebus Mercurii et Saturni, hora I.

I. Gvil. Betschler, Dr. P. P. E. des.

Publice: I. Exercitationes obstetricio-manuales et instrumentales instituet diebus Merc. et Saturni, hora XI.
Privatim: II. Artem obstetriciam docebit quotidie, hora IV.

Avg. Gvil. E. Henschel, Dr. P. P. E.

Publice: I. Historiam medicinae tradet ter per hebdom., hora IV.
Privatim: II. Plantas officinales demonstrabit et demonstrare docebit quater per hebd. h. II.
III. Semioticen explicabit quater per hebdom., hora III.

I. R. Lichtenstaedt, Dr. P. P. E.

Publice: I. Artem formulas medicas concinnandi proponet die Saturni, hora VII.
Privatim: II. Materiam medicam docebit quinquies, hora VII.
III. Pathologiam generalem tradet quotidie, hora II.

Gvil. Seerig, Dr. P. P. E. des.

Publice: I. Pathologiam et therapiam morborum chirurgicorum explicabit, simulque operationes in cadaveribus demonstrabit quotidie, horis VIII. et IV.

Privatim: II. Artem fascias chirurgicas rite applicandi docebit, et doctrinam de instrumentis chirurgorum exponet quinquies, hora III.

H. R. Goeppert, Dr.

Gratis: I. Excursiones, quas vocant botanicas, in agro Vratislaviensi instituet die Merc., hora III.
Privatim: II. Elementa Botanices exponet diebus Lunae, Mercurii, Ven. et Sat., hora IX.
III. Chemiam forensem explicabit diebus Lunae, Merc. et Sat., hora XII.

Albertvs Hayn, Dr.

Gratis: I. Historiam artis obstetriciae tradet bis per hebdomadem.
Privatim: II. De morbis mulierum disseret ter per hebdomadem.
Privatissime: III. Exercitationes obstetricio-practicas, in phantomate instituendas, moderab.

C. F. Hemprich, Dr.

Gratis: I. De temperamentis disseret die Merc., hora VII. mat.
Privatim: II. Physiologiam corporis humani docebit quinquies per hebd., hora VIII.
III. Pathologiam generalem evolvet quater per hebd. diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris, hora III.

M. Kuestner, Dr.

Gratis: I. Artem obstetriciam e schedis suis tradet diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris, hora III.
II. Iis qui artem obstetriciam universam vel singula ejus capita examinando repetere cupiant, lubentissime aderit diebus Merc. et Sat., hora III.

C. I. W. P. Remer, Dr.

Gratis: I. De morbis syphiliticis disseret diebus Merc. et Sat., hora XI.
Privatim: II. Morbos epizooticos illustrabit dieb. Lunae, Martis, Iovis et Vener., hora XI.

I. I. Seidel, Dr.

Gratis: I. Pharmacologiam tradet diebus Merc. et Saturni, hora III.
Privatim: II. Medicamina regni organici exponet dieb. Lunae, Mart., Iov. et Ven., hora III.

I. F. A. Wentzke, Dr.

Gratis: I. De toxicologia et auxilio asphycticis ferendo disseret die Sat., hora III.
Privatim: II. Pathologiam et therapiam specialem morborum acutorum explicabit quinquies per hebdom., hora III.

Exercitationes medico-clinicas Dr. Remer quotidie, hora X, Clinicen morborum chirurgicorum eorumque oculi Dr. Benedict quotidie horis VIII-X, Clinicum obstetricium Dr. Betschler quotidie hora XII moderabuntur.

ORDO PHILOSOPHORVM.

L. Thilo, Dr. P. P. O. h. t. Dec.

Publice: I. De morbis animi disputabit die Martis, hora II.
Privatim: II. Psychologiam dieb. Iov. et Veneris, hora II.
III. Logicen diebus Mercurii et Sat. docebit, hora VI. matut.

G. H. Bernstein, Dr. P. P. O.

Publice: I. Grammaticam Arabicam secundum Rosenmülleri Institutiones linguae Arab. docebit bis per hebdom. diebus Lunae et Merc., hora III.
II. Kirschii Chrestomathiam Syriacam (secundum suam ejus libri editionem, Lips. 1830.) explicabit bis per hebdom. diebus Lun. et Merc., hora V.
Privatim: III. Grammaticam Hebraicam, Gesenio duce, tradet ter per hebdom., diebus Lunae, Mart. et Merc., hora IV.

P. I. Elvenich, Dr. P. P. O. Des.

Publice: I. Ciceronis de Officiis libros Latine interpretari perget die Iovis, hora XII.
Privatim: II. Logicen tradet bis per hebdomadem, diebus Lunae et Mart., hora IV.
III. Philosophiam moralem docebit ad librum suum (ed. Bonn 1830.) ternis vel quaternis per hebd. lectionibus, hora V.

C. G. Nees ab Esenbeck, Dr. P. P. O. des.

Publice: I. Historiam naturalem arborum et fructuum sylvestrium in usum eorum, qui doctrinis cameralibus student, tradet bis per hebdomadem.
Privatim: II. Botanicen docebit secundum librum suum: Handbuch der Botanik, Nürnb. bei Schrag 1820, quinquies per hebdom., hora VIII.
III. Excursiones botanicas instituet semel per hebdom. die Saturni.

N. Volg. Fischer, Dr. P. P. O.

Publice: I. De Aquarum medicatarum analysi chemica disseret dieb. Merc. et Sat., h. XII.
Privatim: II. Chemiam q. v. pharmaceuticam docebit sexies, hora VIII.

I. L. Ch. Gravenhorst, Dr. P. P. O.

Publice: I. Historiam naturalem et medicam animalium, quibus medici vel olim usi sunt vel hodie utuntur, tradet diebus Martis et Veneris, hora XII.
Privatim: II. Historiam naturalem ex enchiridio suo quotidie, hora VIII.
III. Zoologiam, ducibus Ficino et Caro (Uebersicht des gesammten Thierreichs, Dresdae 1826.), quotidie, hora X. docebit.

Omnes hae lectiones demonstrationibus in Museo zoologico illustrabuntur.

L. A. Iungnitz, Dr. P. P. O.

Publice: I. Astronomiam physicam secundum theses proprias docebit diebus Lunae et Martis, hora X.
Privatim: II. Astronomiam practicam exponet, usumque instrumentorum astronomicorum ostendet die Mercurii, hora X.
III. Physicam experimentalem secundum E. G. Fischeri compendium et placita propria explicabit diebus Iovis, Veneris et Saturni, hora X.

Franc. Passow, Dr. P. P. O.

Privatim: I. Aristophanis Ranas ex edit. Guil. Dindorfii interpretabitur quater, h. VI. mat.
II. Criticae artis elementa tradet bis, hora VI. mat.
III. Monumenta artis plasticae Graecorum praestantissima illustrabit semel.
In Seminario Regio philologico Persii satiras tractabit.

I. I. Rohovsky, Dr. P. P. O.

Publice: I. Elementa philosophiae tradet diebus Merc. et Sat., hora IX.
II. Ciceronis Tusc. disputationum libr. I. interpretabitur diebus Martis et Veneris, hora XII.
Privatim: III. Encyclopaediam philosophiae docebit diebus Lunae, Mart. et Ven., hora II.
IV. Platonis Menonem explicabit diebus Merc. et Sat., hora II.

C. E. Chr. Schneider, Dr. P. P. O.

Publice: I. Lib. VI. Civitatis Platonicae diebus binis, hora X.
Privatim: II. A. Hirtii Commentarium de bello Alexandrino interpretabitur diebus quat. Lunae, Martis, Iovis et Veneris, hora X.
Privatissime: III. Partem posteriorem Amphitruonis Plautinae explicabit.

In Seminario philologico libri I. Herodoti interpretationem moderabitur die Saturni, hora XI – I.

H. Steffens, Ph. et Med. Dr. P. P. O.

Publice: I. De vita academica rite instituenda disseret die Mercurii, hora IV.
II. Geographiam physicam illustrare perget diebus Martis et Iovis, hora XI.
III. Doctrinam lucis tradet diebus Lunae et Veneris, hora XI.
IV. Mineralogicam geographiam Silesiae duce Raumero explicabit die Saturni, hora XI.
Privatim: IV. Principia philosophiae naturalis tradet diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris, hora IV.

G. A. H. Stenzel, Dr. P. P. O.

Publice: I. Res a Franco-Gallis ab anno MDCCLXXXIX. gestas exponet quater per hebdomadem, hora IV.
Privatim: II. Historiam trium ultimorum saeculorum tradet quinquies per hebd., hora III.

Lvdov. Wachler, Dr. P. P. O.

Privatim: I. Historiam Romanorum e compendii sui historiae universalis §. 25 sqq. enarrabit, hora VIII.
Privatissime: II. Exercitationes historico-criticas more consueto moderabitur.

F. B. Weber, Dr. P. P. O.

Publice: I. Institutionem ad studium rei rusticae, hora adhuc definienda.
Privatim: II. Institutionem oeconomico-juridicam ad oeconomiam rusticam, (Landhaushaltungskunst,) in usum et juris et oeconomiae studiosorum ex libro suo: Oeconom. juristisches Handbuch der Landhaushaltungskunst, Th. I. Berl. 1809. gr. 8. et ex propriis thesibus senis diebus, hora X.
III. Oeconomiam nationalem (National-Oeconomie), ex libro suo: Lehrbuch der politischen Oeconomie, Th. I. Bresl. 1822. gr. 8. bin. diebus, hora XI.
IV. Rem rusticam, Part. II. de re pecuaria (Landwirthschaft, 2ter Th., die Lehre von der Viehzucht), quaternis horis, hora XI. explicabit.

Chr. I. Branis, Dr. P. P. E. des.

Publice: I. Disputatorium philosophicum moderabitur hora commoda.
Privatim: II. Historiam philosophiae universalem enarrabit octies per hebdom. dieb. Lun., Martis, Iovis et Veneris, hora IV. et V.

G. L. Dirichlet, Dr. P. P. E.

Itinere litterario absens hac aestate nullas instituet scholas.

M. L. Frankenheim, Dr. P. P. E.

Publice: I. Mechanicam physicae partem docebit diebus Martis et Iovis, hora XII.
II. Geographiam universalem tradet diebus Lunae, Merc. et Ven., hora XII.
Privatim: III. Physicam experimentalem tradet quotidie, hora VI. matutina.

78

E. F. Glocker, Dr. P. P. E. des.

Publice: I. Examinatorium mineralogicum instituet dieb. Lunae et Iovis, hora V.
Privatim: II. Oryctognosin universam tam generalem, quam specialem, tradet sexies per hebdomadem, hora VI. matutina.

Max. Habicht, Dr. P. P. E.

Publice: I. Coranum interpretari perget diebus Lunae et Iovis hora V.
II. Vitam Timuri explicabit diebus Lunae et Iovis, hora VI.
III. Interpretationem Abdullatifi Compendii memorabilium Aegypti continuabit diebus Martis et Veneris, hora V.
Privatim: IV. Explicationem Mille noctium et unius, editionem suam Arabicam sequuturus, instituet horis adhuc definiendis.

F. Runge, Dr. P. P. E. des.

Publice: I. Chemiam technicam generalem docebit diebus Martis et Veneris, hora IV.
Privatim: II. Phytochemiam docebit, usum praecipue medicorum respiciens, diebus Lunae, Mercurii et Veneris, hora V.

E. I. Scholtz, Dr. P. P. E. des.

Publice: I. Elementa calculi differentialis docebit quater per hebdomadem.
Privatim: II. Trigonometriam tum planam tum sphaericam ter.
III. Stereometriam ter.

Nicolaus Bach, Dr.

Privatissime: In Societate philologica Callini, Tyrtaei aliorumque poetarum elegiacorum carmina interpretanda proponet ex Bruckii Gnomicorum editione diebus Lunae atque Jovis, hora VII. mat.

C. L. Kannegiesser, Dr.

Gratis: Shakspearii Antonium et Cleopatram interpretabitur die Sat., hora VII.

Adr. Koecher, Dr.

Privatim: Calculum integralem exponet quater per hebdomadem.

E. F. Melzer, Dr.

Gratis: I. Civitatis Borussicae historiam politicam binis per hebdomad. horis narrabit.
Privatim: II. Oeconomiam nationalem et artem reditus redigendi ter per hebdomadem adumbrabit.
III. Litterarum politicarum encyclopaediam bis per hebdomadem tradet.

Ioannes Schoen, Dr.

Gratis: I. Statisticen culturae Europaeae tradet diebus Mercurii et Saturni, hora IV.
Privatim: II. Disciplinam cameralem adumbrabit diebus Lunae, Mercurii et Ven., hora X.
III. Ius naturae sive philosophiam juris tractabit diebus Martis, Iovis et Saturni, hora X.

A. Wellauer, Dr.

Gratis: I. Apollonii Rhodii Argonautica Latine interpretabitur ex editione sua (Lips. ap. Teubner. 1828.) binis horis.
Privatim: II. De Atheniensium re publica et judiciaria disseret binis horis.

Exercitationes Seminarii Regii philologici constitutis horis moderari pergent Dr. Passow et Dr. Schneider.

Exercitationes societatis philologicae privatae moderabitur Dr. Bach.

LECTORES LINGVARVM RECENTIORVM.

A. T. I. Neubaver.

Gratis: I. Grammaticam linguae Polonicae duce Bandtkio docebit quater per hebdom.
Privatim: II. Historiam litteraturae Polonicae secundum Szumskii librum tradet bis per hebdomadem.

Rvediger, Dr.

Gratis: I. Gallice scribendi et loquendi exercitationes cum provectioribus instituet.
Privatim: II. Poëtae alicujus dramatici fabulam interpretabitur.

Avg. Scholz.

Gratis: I. Shakespearii fabulam Coriolanum bis per hebd. interpretabitur.
Privatim: II. Linguae Anglicae grammaticam quater per hebdomadem explicabit.
III. Exercitationes Anglice loquendi ac scribendi quater per hebdom. instituet.
IV. Linguae Hispanicae elementa ter per hebdom. tradet.

C. Thiemann.

Gratis: I. Elementa linguae Italicae bis per hebdomadem docebit.
Privatim: II. Interpretationem Divinae Comoediae Dantis continuabit.
III. Italice scribendi et loquendi exercitationes instituet.

Musicam docebunt Schnabel et Mosevius; equitandi artem docebit Meitzen; artem vel graphide delineandi vel penicillo imitandi Siegert; Taxidermiam Rotermund; artem armis pugnandi Loebeling; artem nandi Knaut.

Bibliothecae Academicae extra portam translatae et collocatae in aedibus, quae ab arena nomen habent, diebus Mercurii et Saturni ab hora II. ad IV. ceteris ab XI. ad XII. apertae usibus studiosorum patebunt. Leges indicat scheda in coenaculo studiis dicato proposita. Certis etiam diebus patebunt bibliothecae, quas eximias urbs habet ad aedem Elisab. Mar. Magdal. et Bernardi. Porro collectiones rerum et instrumentorum ad physicen, astronomiam, anatomen, physiologiam, historiam naturalem agrorumque culturam pertinentium, tabularium, collectiones picturarum et Museum antiquitatum inspiciendi venia suo loco et tempore impetrata monstrabuntur.

Index scholarum ordine chronologico descriptarum.

A. Lectiones Antemeridianae.

Hora.	Theol. evangel.	Theol. cathol.	Juridicae.	Medicae.	Philosophicae.
VI-VII.		Historia ecclesiastica (*Herber*, 6.)	De pignoribus et hypothecis (*Abegg*, 2.) Jus criminale (*Abegg*, 2.) Jus cambiale (*Gaupp*, 2.) Doctrina juris civilis de dominio (*Unterholzner*, 2.	Therapiae specialis pars III. (*Remer*, 6.)	Logice (*Thilo*, 3.) Aristophanis Ranae (*Passow*, 4.) Criticae artis elementa (*Passow*, 2.) Physica experimentalis (*Frankenheim*, 6.) Oryctognosis universa (*Glocker*, 6.)
VII-VIII.	Lucae Evangelium (*Schulz*, 6.)	Ethicae Christianae pars II. (*Herber*, 6.)	Jus criminale (*Abegg*, 6.) Pandectae juris privati Romanor. (*Unterholzner*, 6.) Doctrina juris privati Borussici (*Schmiedicke*, 5.)	Medicina forensis (*Remer*, 6.) Osteologia et Syndesmologia (*Otto*, 2.) Therapia specialis (*Wendt*, 5.) Ars formulas medicas concinnandi (*Lichtenstädt*, 1.) Materia medica (*Lichtenstädt*, 5.) De temperamentis (*Hemprich*, 1.)	Chemia technica generalis (*Runge*, 2.) Callini carmina (*Bach*, 2.) Shakspearii Antonius et Cleopatra (*Kannegieſser*, 1.)
VIII-IX.	Examinat. et Disputat. (*Schulz*, 1.) Historia ecclesiastica (*Schulz*, 5.)	Lactantii institutiones (*Herber*, 2.) Praelectiones hermeneuticae (*Scholz*, 2.) Archaeologia Hebraeorum (*Scholz*, 2.)	Historia et institutiones juris civilis (*Huschke*, 6.) Theoria processus communis et Borussici (*Abegg*, 6.) Pandectae juris privati Romanor. (*Unterholzner*, 6.) Doctrina juris privati Borussici (*Schmiedicke*, 5.)	Therapia atrophiarum (*Remer*, 2.) Exercitat. chirurgico-clinicae (*Benedict*, 6.) Zoologia (*Otto*, 4.) Dethermis et fontibus Germaniae (*Wendt*, 1.) Universa materia medica (*Wendt*, 4.) Pathologia et therapia morborum chirurgicorum (*Seerig*, 6.)	Botanica (*ab Esenbeck*, 5.) Chemia pharmaceutica (*Fischer*, 6.) Historia naturalis (*Gravenhorst*, 6.) Historia Romanorum (*Wachler*, 6.)
IX-X.	Critica et Hermeneutica N. T. (*Schulz*, 4.) De confessione Augustana ejusque historia (*Middeldorpf*, 1.) Theol. dogmatica (*Middeldorpf*, 5.)	Theologia dogmatica (*Scholz*, 2.) Acta Apostolorum (*Scholz.*)	Historia et Institutiones juris civilis (*Huschke*, 6.) Jus publicum Germaniae (*Gaupp*, 6.)	Physiologia corporis humani (*Hemprich*, 5.) Exercitationes chirurgico-clinicae (*Benedict*, 6.) Anatome comparativa (*Otto*, 4.) Elementa botanices (*Göppert*, 4.)	
X-XI.	Theologia biblica (*a Cölln*, 6.) Exercit. exeget. V. T. (*Middeldorpf*, 1.) Interpretatio psalmorum (*Middeldorpf*, 5.)	Amosi et Joëlis oracula (*Theiner*, 2.) Epistola ad Galatas (*Theiner*, 1.) Cantus ecclesiast. (*Theiner*, 3.) Harmonia quattuor Evangeliorum (*Sauer*, 3.)	Historia imperii et juris Germanici (*Gaupp*, 6.) Jus feudale (*Regenbrecht*, 5.)	Exercitationes medico-clinicae (*Remer*, 6.)	Zoologia (*Gravenhorst*, 6.) Astronomia physica (*Jungnitz*, 2.) Astronomia practica (*Jungnitz*, 1.) Physica experimentalis (*Jungnitz*, 3.) Elementa philosophiae (*Rohovski*, 2.) L. VI. Civitatis Platonicae (*Schneider*, 2.) Hirtii Comment. de bello Alexandrino (*Schneider*, 4.)
XI-XII.	Prophetae minores (*a Cölln*, 6.)	Repetitio theologiae dogmaticae (*Sauer*, 3.) Theologiae pastoralis pars catechetica (*Sauer*, 3.)	Jus canonic. (*Regenbrecht*, 6.	Physiologia hominis (*Purkinje*, 6.) Examinatorium anatomicum (*Barkow*, 1.) Exercitationes obstetricio-manuales et instrumentales (*Betschler*, 2.) De morbis syphiliticis (*Remer jun.*, 2.) Morbi epizootici (*Remer jun.*, 4.)	Institutiones oeconomico-juridicae (*Weber*, 6.) Disciplina cameralis (*Schön*, 3.) Jus naturae sive philosophia juris (*Schön*, 3.) Herodoti liber I. (*Schneider*, 1.) Geographia physica (*Steffens*, 2.) Doctrina lucis (*Steffens*, 2.) Mineralogica geographia Siles. (*Steffens*, 1.) Oeconomia nationalis (*Weber*, 2.) Res rustica, de re pecuaria (*Weber*, 4.)
XII-I.	Encyclopaedia theol. (*a Cölln*, 4.) Theologia practica (*Gaſs*, 5.)		Ciceronis oratio pro Quintio (*Huschke*, 2.) Historia juris canonici (*Regenbrecht*, 2.) Disputatorium de universo jure Romano (*Witte*, 1.)	Terminologia pathologica (*Purkinje*, 1.) Clinicum obstetricium (*Betschler*, 6.) Chemia forensis (*Göppert*, 3.)	Ciceronis de officiis libri (*Elvenich*, 1.) Analysis chemica aquarum medicatarum (*Fischer*, 2.) Historia naturalis et medica animalium (*Gravenhorst*, 2.) Ciceronis Tusc. disputat. liber I. (*Rohovski*, 2.) Herodoti liber I. (*Schneider*, 1.) Mechanica physicae pars (*Frankenheim*, 2.) Geographia universalis (*Frankenheim*, 3.)

B. Lectiones Pomeridianae.

Hora.	Theol. evangel.	Theol. cathol.	Juridicae.	Medicae.	Philosophicae.
I – II.				Angiologia (*Barkow*, 3.)	
II – III.	Exercitationes Seminarii theologici (*Schulz*, 1.) Ioannis evang. (*Suckow*, 5.)	Theolog. dogmatica (*Scholz*, 1.) Praelectiones hermeneuticae (*Scholz*, 1.) Acta Apostolorum (*Scholz*, 1.)		Ophthalmiatrices praecepta (*Benedict*, 4.) Encyclopaedia medica (*Klose*, 2.) Plantae officinales (*Henschel*, 4.) Pathologia generalis (*Lichtenstädt*, 6.)	De morbis animi (*Thilo*, 1.) Psychologia (*Thilo*, 2.) Encyclopaedia philosophiae (*Rohovski*, 3.) Platonis Meno (*Rohovski*, 2.)
III – IV.	Examinatorium et Disp. (*a Cölln*, 1.) Exercitationes historico-dogmaticae (*a Cölln*, 1.) Exercitationes homilet. (*Gaſs*, 1.) Historia dogmatum (*Scheibel*, 6.) Introduct. in libr. apocr. N. T. (*Suckow*, 2.) Pauli epist. I. ad Cor. (*Suckow*, 3.)			Chirurgiae specialis pars II. (*Benedict*, 6.) Therapia specialis morborum acutorum (*Klose*, 6.) Semiotica (*Henschel*, 4.) Ars fascias chirurgicas rite applicandi (*Seerig*, 6.) Pathologia generalis (*Hemprich*, 4.) De toxicologia (*Wenzke*, 1.) Pathologia et therapia morborum acutorum (*Wenzke*, 5.) Pharmacologia (*Seidel*, 1.) Medicamina regni organici (*Seidel*, 4.) Excursiones botanicae (*Göppert*, 1.) Ars obstetricia (*Küstner*, 4.) Repetitorium obstetriciae (*Küstner*, 2.)	Grammatica Arabica (*Bernstein*, 2.) Historia trium ultimorum saeculorum (*Stenzel*, 5.)
IV – V.	Interpretatio Jesaiae (*Scheibel*, 2.) Theologia moralis (*Scheibel*, 3.)			Medicina forensis (*Klose*, 4.) Historia medicinae (*Henschel*, 3.) Pathologia et therapia morborum chirurgicorum (*Seerig*, 6.) Ars obstetricia (*Betschler*, 6.)	Grammatica Hebraica (*Bernstein*, 4.) Logice (*Elvenich*, 2.) Principia philosophiae naturalis (*Steffens*, 4.) Res a Franco-Gallis gestae (*Stenzel*, 4.) Historia philosophiae universalis (*Branis*, 4.) Statistica culturae Europaeae (*Schön*, 2.)
V – VI.				Physiologia experimentalis (*Purkinje*, 2.)	Kirschii chrestomathia Syriaca (*Bernstein*, 2.) Philosophia moralis (*Elvenich*, 3.) Historia philosophiae universalis (*Branis*, 4.) Examinatorium mineralogicum (*Glocker*, 2.) Interpretatio Corani (*Habicht*, 2.) Memorabilia Aegypti (*Habicht*, 2.) Phytochemia (*Runge*, 3.)
VI – VII.					Vita Timuri (*Habicht*, 2.)
Hora adhuc definienda.		Examinatorium de rebus ad historiam ecclesiasticam spectantibus (*Herber*, 2.) Liber Ruth et Psalmi (*Köhler*, 4.)	Exercitationes practicae (*Abegg.*) Institutiones juris civilis (*Madihn.*)	Doctrina de fasciis et instrumentis chirurgorum (*Benedict*, 4.) Examinatorium chirurg. (*Benedict*, 2.) Historia artis obstetriciae (*Hayn*, 2.) De morbis mulierum (*Hayn*, 3.)	Historia naturalis arborum et fructuum sylvestrium (*ab Esenbeck*, 2.) Excursiones botanicae (*ab Esenbeck*, 1) Monumenta artis plast. Graecor. (*Passow*, 1.) Persii satirae (*Passow.*)

Hora.	Theol. evangel.	Theol. cathol.	Juridicae.	Medicae.	Philosophicae.
Hora adhuc definienda.		Epistola B. Jacobi, duae Petri et tres Joannis (*Köhler*, 4.) De mysteriis religionis revelatae et de miraculis Christi (*Köhler*, 2.) Disputatorium de rebus dogmaticis (*Sauer*, 2.)	Examin. de jure civili Borruss. (*Witte.*) De inquisitione fiscali (*Schmiedicke*, 2.)	Exercitationes obstetricio-practicae in phantomate instituendae (*Hayn.*)	Pars posterior Amphitruonis Plaut. (*Schneider.*) Exercitationes historico-criticae (*Wachler.*) Institutiones ad studium rei rusticae (*Weber.*) Disputatorium philosophicum (*Branis.*) Explicatio mille noctium et unius (*Habicht.*) Elementa calculi differentialis (*Scholz*, 4.) Trigonometria tum plana tum sphaerica (*Scholz*, 3.) Stereometria (*Scholz*, 3.) Calculus integralis (*Köcher.*) Civitatis Borussicae historia politica (*Melzer*, 2.) Oeconomia nationalis et ars reditus redigendi (*Melzer*, 3.) Encyclopaedia litterarum politicarum (*Melzer*, 2.) De Atheniensium re publica (*Wellauer*, 2.) Apollonii Rhodii Argonautica (*Wellauer*, 2.) Grammatica linguae polonicae (*Neubauer*, 4.) Historia litteraturae polonicae (*Neubauer*, 2.) Grammatica linguae anglicae (*Scholz*, 4.) Exercitationes anglice loquendi et scribendi (*Scholz*, 2.) Elementa linguae hispanicae (*Scholz*, 3.) Shakspearii fabula: Coriolanus (*Scholz*, 2.) Elementa linguae italicae (*Thiemann*, 2.) Dantis divina comoedia (*Thiemann.*) Exercitationes italice scribendi et loquendi (*Thiemann.*) Exercitationes gallice scribendi et loquendi (*Rüdiger.*) Fabula poetae alicujus dramatici (*Rüdiger.*)

7,121

Biblioteka Publiczna Zbiory Śląskie we Opolu

INDEX LECTIONUM

IN

UNIVERSITATE LITTERARUM VRATISLAVIENSI

PER AESTATEM A. MDCCCLXIII.

A DIE XIII. MENSIS APRILIS

HABENDARUM.

INSUNT LIVII A. U. C. LIB. XLII CAPITA I—XIIII AD COD. VINDOBONENSIS FIDEM A MARTINO HERTZIO RECOGNITA.

TYPIS OFFICINAE UNIVERSITATIS (W. FRIEDRICH).

8.1